

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXVI**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

## CAPUT XXVI.

## DE PSITTACO.

P riscis unum tantum fuit *Psittacorum* genus: at qui Indias lustrarunt supra centenos colore & magnitudine discrepantes offenderunt. *Vespuius* scribit in regione, supra promontorium Bona spei, è *Psittacis cognominata*, in tantam eos excrescere proceritatem, ut brachium in Longitudine cum dimidio expleant. *Scalig.* Exercit. 236. unum tantæ magnitudinis se vidisse affirmat, ut clathrataæ fenestræ spaciū fore impleret: quidam turdum, columbam, pasiterem, magnitudine non excedunt. Color tam multiplex est ut à nemine hodie sufficienter descriptus fuerit. In fervidiissima Aethiopia & ultima India toti albi sunt, in Brasilia rubi, in Calecut prassini, scutulati, purpurei. *Scalig.* Exercit. 59. f. 2. Apud veteres virote præcipue in lignes erant. Capite & rostro durissimo eit. Vnde cum loqui docetur, nisi radio ferreo iactus non sentit; ligneis ideo non coercetur clathris, & ferreis etiam ab eo periculum. Solus cum Crocodilo mandibulam superiorem moverit. Rostrum præterea, quod nulli ali committitur, inferne sub faucibus aperum est. Lingua lata instat humanæ, cucurbitæ seminis formam repræsentat. Pedum species cum picis communis. In desertis *Iohannu Pretiosi* cum sex digitis inveniri dicuntur. Humano more admoveat ori escam. Non tantum discindit Amygdalas; sed volutando etiam interrostri cavitatem, & lingua subigendo, & terendo comminuit & quasi mandit, tandem deglutit. Rostrum illi aduncum in hemicycli formam natura dedit & robustum; quod sit natura scasilis, nec obtineat cauda pennis, quibus in arborem defixis vestigium figeret. Rostro igitur opus habuit, quod velut hamum quendam primum injiceret, mox sublevaret corpus, sum etiam pedes obfirmater. Degunt in calidis regionibus: In *Psittacorum* regione adeo vili aestimantur, ut fini guli

guli gemino denario vñiant. Volant semper bini, & ne pedes debiles ob corporis deorsum labentis pondus offendant, rostii robori confidentes, hoc ipso violentiā casus frangentes, fere excipiunt. Imitantur hominem, accipiunt verba, & pronuntiant articulatè penitus omnia. Symbolum Apostolicum quidam apud Cardinalem pronuntiavit. *Scalig.* Exercit. 238. Ad interrogata respondet. *Henrici VIII. Regis Angliae* in mare delapsus auxilium implorabat, & viginti libram promittebat, extractus quatuor denarios datus jussit. Accenditur, blande atrectatus, libidine, ita ut oscula figat. *Scalig.* Exercit. 236. Si inter lugentes agat, lamentatur etiam. Fœminas Psittacos nunquam aut rarer humanas reddere voces, sribit *Tiraquel*. Simplicitas eis tanta, ut ad crocitantem Psittacum, ex arbore, in cuius ramis auceps later, multitudo ingens convollet, facileque se capi patientur. *Petr. Martyr. in Decad. Oceani*. Carthami semente quod homini catharticum est, nutrituntur ac pinguescunt. Pedibus suspensi caudam in altum, & caput deorsum ad aquam extendunt. Nidificant in proceris arbore, ramis tenuibus, ad cacumina pensilem surculum alligant, & nidum ex eo in pilæ forma rotundum, exiguo foramine suspendunt. Ova pro magnitudine ponunt. Aqua pluvia moriuntur. Sacri apud Indos, sed non *Columbi* tempore.

## C A P U T XXVII. D E P H Æ N I C E & P I C O.

**P**HÆNICEM *Claudianus* sic describit:

*Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora  
Cingit honos, rutilo cognatum vertice si dus  
Attollit cristatus apex, tenebrasque serena  
Luce secat; Tyrio tinguntur crura veneno.*

Habitare dicitur in Arabia, & primo *Heliopoli*, quæ Civitas *Ægypti*, creditur conspectus. Nidus ei ex aro-

M 2

mati-